Noverint universi quod anno a nativitate domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto videlicet die mercurii intitulata vicesima nona mensis Novembris apud civitatem Cesarauguste in domibus habitacionis venerabilis et discreti domini Stephani Porrinat iurisperiti et civis civitatis Cesarauguste coram honorabili et discreto dompno Petro Terroz decretorum doctore canonico et Caritatario sedis Cesarauguste Collectore ut dicitur speciali deputato per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Garsiam divina providencia Cesaraugustanum Archiepiscopum super dono et de concesso in suo provinciali concilio Cesarauguste auctoritate apostolica ultimo celebrato. Et in mei notarii et testium infrascriptorum presentia fuit personaliter constitutus Dominicus Polegut notarius Cesarauguste procurator honeste et religiose nobilis domine Marie Ximenez de Cornell priorisse monasterii de Sixena et tocius conventus eiusdem monasterii constitutus cum publico procuratorio instrumento confecto in dicto monasterio septima die mensis Madii anno a nativitate domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono per Blasium de Luna notarium publicum monasterii de Sixena et auctoritate domini regis per totam terram et dominacionem suam. Quiquidem Dominicus Polegut procurator predictus nomine procuratorio quo supra incontinenti presentavit ac per me dictum et infrascriptum notarium legi intimari ac etiam publicari requisivit eidem dompno Petro Terroz canonico ac collectori predicto quoddam transumptum in pergameno scriptum vestris signis per tres notarios consignatum forma que sequitur continente. Hoc est transumptum bene et fideliter sumptum cum eius originali legitime de verbo ad verbum comprobatum videlicet vicesima septima die mensis Marcii anno a nativitate domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto a quodam publico instrumento pergameneo sigillo cere albe et viridis in cordulis fili vermilii pendenti sigillato non viciato raso cancellato abolito aut in aliqua sui parte suspecto set omni vicio et macula carente presentibus testibus ad hec specialiter vocatis rogatis et electis venerabilibus Bernardo Castellar presbitero et Berengario Gonbaldi habitatoribus ville Montissoni. Tenor vero dicti originalis huius transumpti sequitur in hunc modum. Reverendis in Christo patribus et dominis dominis Terraconensi et Cesaraugustano Archiepiscopis ac Ilerdensi Oscensi Dertusensi Urgellensi et Tirasonensi Episcopis necnon legatis et subdelegatis ac nunciis apostolicis collectoribus subcollectoribus eorumque vicariis executoribus subexecutoribus commissariis eorundem et cuilibet eorum aliisque omnibus et singulis quorum interest vel intererit et quos infrascriptum tangit negocium seu tangere potest et poterit qualitercumque in futurum quocumque nomine censeantur, Odo Monetarii Ecclesie Avinionensis prepositus executor ad infrascripta una cum certis aliis in hac parte collegis cum illa clausula quod duo vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios a sede apostolica specialiter deputatus salutem in domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis efficaciter obedire. Mandatum litteras apostolicas sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providencia pape septimi eius vera bulla plumbea una videlicet graciosam cum filis serici rubeis et croceis et aliam executoriam cum cordula canapis more Romane Curie impendentibus bullatas sanas integras non viciatas non cancellatas non corruptas non corrosas non abrasas nec in aliqua parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nobis pro parte reverendi patris domini Magistri et fratrum hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani presentatas nos cum ea qua decuit reverencia recepisse noveritis quarum unius scilicet graciose tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Clemens episcopus servus servorum dei dilectis filiis Magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani salutem et apostolicam benedictionem. Exigit vestre devocionis sinceritas qua nos et Romanam ecclesiam reveremini ac tamquam catholice fidei fervidi zelatores pro defensione ipsius exponitis personas vos et vestra ut ad ea favorabiliter intendamus que vobis conspicimus oportuna. Dudum siquidem nonnulli predecessores nostri Romani pontifices vos ut ad solvendum procuraciones legatorum seu nunciorum sedis apostolice et ad contribuendum in eis cum aliis aut in aliquibus talliis sive petitis summis aut exactionibus aliis aut ad exhibendum vel prestandum easdem per quamvis personam Romane Ecclesie Cardinalibus dumtaxat exceptis ex quacumque causa racione imponi contingeret diversa privilegia successive concesserunt. Nosque postmodum pro parte vestra nobis exposito quod vos et hospitale vestrum propter expensas circa vobis et eidem hospitali adversa causante fortuna plus solito incumbentes et etiam propter decimarum collectarum talliarum subsidiorum procuracionum et exactionum aliarum quasi plenariam prestacionem per sedem predictam ac legatos et nuncios eiusdem pro necessitate Ecclesie Romane attentis nobis impositorum adeo gravati [illegible] depressi quod impositiones decimarum collectarum talliarum subsidiorum procuracionum et exactionum huiusmodi voluntatis tollerare seu ad supportacionem eorundem sufficere non poteratis, quoquomodo vos omnes et singulos ac hospitale predictum eiusque membra domos grangias et bona vestra alia ad vos et dictum hospitale tunc et insimul pertinentia a prestacione decimarum talliarum collectarum subsidiorum procuracionum angariarum et perangariarum ac aliarum exactionum quarumcumque quocumque nomine nuncupentur occasione quacumque in quibuscumque partibus auctoritate quarumcumque litterarum apostolicarum vel legatorum seu nunciorum predicte sedis vel locorum ordinariorum tunc impositarum vel impositorum ac imponende vel imponendarum imposterum auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio et ex certa sciencia prorsus eximimus et perpetuo liberamus et ut ad solucionem decimarum collectarum talliarum subsidiorum procuracionum angariarum et perangariarum ac exactionum huiusmodi nec [illegible] tenearemini neque ad solvendum ea compelli a quoquam quamvis auctoritate aliquarum valeritis dicte quaslibet litterarum predictarum sub quavis forma vel expressione verborum confectarum seu conficiendarum imposterum etiam similiter ipse de vobis ac hospitali religione vestris ac privilegiis et indulgenciis vobis et illis indultis plenam et expressam faceret mencionem vobis dicta apostolica auctoritate concessimus et indulsimus. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat nonnulli collectores receptores seu exactores decimarum collectarum talliarum subsidiorum procuracionum et exactionum huiusmodi ac licencia sedis apostolice personis ecclesiasticis post concessionem liberacionem et indulta huiusmodi indultarum vos ad solvendum easdem vel contribuendum in eis compellere nisi fuerint attentem et in tanta vos quod ad solucionem decimarum collectarum talliarum subsidiorum procuracionum et exactionum huiusmodi si quas forsan in futurum prefatis personis imponi contingat compelli vel alias super solucione huiusmodi molestari verisimiliter dubitetis, nos vestris in hac parte supplicacionibus inclinati statuimus ac etiam ordinamus quod vos aut aliqui vestrum ad solvendum decimas collectas tallias subsidia procuraciones vel exactiones huiusmodi in quibuscumque partibus iam impositas aut quas imposterum imponi contingat etiam si per regibus aut aliis principibus secularibus aut per expulsionem gencium armigerarum et de expresso consensu personarum predictarum imposite fuerint aut imponantur imposterum ut adeo contribuendum in eis aut ad ... in quibusvis congregacionibus propterea faciendis minime teneamini nec ad id a quoquam quamvis auctoritate etiam per litteras apostolicas sub quavis forma vel expressione verborum confectas seu conficiendas imposterum etiam si litteris ipse de vobis ac hospitali religione privilegiis et indulgenciis vobis et illis indultis plenam et expressam faciat mencionem ac etiam si in eisdem litteris concessis vel concedendis clausula infrascripta videlicet quod omnes persone ecclesiastice seculares et regulares exempte et non exempte ad prestacionem seu solucionem decimarum talliarum collectarum subsidiorum procuracionum angariarum et perangariarum aliarum quarumlibet exactionum quocumque nomine nuncupentur seu ad contribuendum in eis compelli valeant non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgenciis vobis vel quibuscumque personis locis vel ordinibus a prefata sede concessis et quibus seu religioni vestre vel quibuscumque aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum quod ad solucionem seu prestacionem decimarum collectarum talliarum subsidiorum procuracionum et aliarum impositionum huiusmodi seu ad contribuendum in eis compelli valeant non obstante si dictis filiis Magistro et fratribus hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani et eidem hospitali vel ordini communiter aut divisim a dicta sede indultum existat quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas que de indulto huiusmodi et toto tenore ipsius plenam et expressam ac de verbo ad verbum non fecerint mencionem sine quibuscumque privilegiis vel indulgenciis vobis vel quibuscumque personis locis vel ordinibus sub quacumque tenore vel expressione verborum inserte fuerint constitucionem et ordinacionem huiusmodi in vos aut vestrum aliquem vel alium quemcumque et qualescumque, ac per dictis similis vel dissimiles sub quocumque tenore vel expressione verborum iuste fuerint constituciones et ordinaciones infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione ... kalendas Decembris pontificatus nostri anno duodecimo. Alterius vero executorie litterarum tenor sequitur per hec verba. Clemens episcopus servus servorum dei dilectis filiis sancte Genovefe Parisiensis et sancti Saturnini Tolosani monasteriorum abbatibus ac preposito ecclesie Avinionensis salutem et apostolicam benedictionem. Exigit devocionis sinceritas et [illegible] dilectorum filiorum Magistri et fratrum hospitalis sancti Johannis Iherosolimitani devocionis sinceritas ... ut eos aut eorum aliquem contra decimarum ... solempniter publicatas non permittatis eosdem Magistrum et fratres aut eorum aliquem ... quod vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios premissa omnia et singulis ubi quando expedire videritis dicte apostolice solempniter publicatas non permittatis eosdem Magistrum et fratres ... ordinis vel condicionis existant quotiens et quotiens quocumque expedierit dicte vestre per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus tenore ab aliquibus molestari molestatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque status ordinis vel condicionis existant ... si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum locis personis ordinibus et nominibus propriis mencionem. Datum Avinione ... kalendas Decembris pontificatus nostri anno duodecimo. Post quarum quidem presentacionem et recepcionem litterarum apostolicarum fuimus pro parte reverendi patris domini Magistri et fratrum dicti hospitalis per procuratorem ... cum instancia requisiti et specialiter Castellanie Emposte ac commendatorum et fratrum dicte Castellanie hospitalis predicti aut dictarum diocesum et cuilibet quarum ad execucionem dictarum litterarum apostolicarum et contentorum in eisdem procedere curaremus iuxta traditam seu directam a sede apostolica nobis formam. Nos igitur Odo prepositus executor prefatus volentes ut tenemur mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur prefatas litteras apostolicas et omnia et singula in eis contenta vobis reverendis in Christo patribus et dominis dominis Archiepiscopis et Episcopis ac legatis seu nunciis et collectoribus subcollectoribus executoribus et subexecutoribus apostolicis ac etiam legatorum seu nunciorum dicte sedis commissariis et loca tenentibus aliisque universis et singulis supradictis quibus nostre presentes diriguntur littere et vestrum cuilibet insolidum intimamus insinuamus et notificamus et ad vestram et vestrum cuilibet noticiam deducimus ac deduci volumus et mandamus per presentes requirentes ac monentes vos universaliter et vestrum quemlibet primo secundo tercio et peremptorie communiter et divisim et in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis vobis et vestrum cuilibet districte precipiendo mandamus ac etiam ... in hac parte commissa quatenus prefatos Magistrum Castellanum Commendatores abbates priores et fratres ac personas dicti hospitalis spectantes dicte Castellanie Emposte aut ipsorum alterum aut eorum ecclesias curatas et non curatas monasteria abbatias prioratus preceptorias baiulias domos grangias possessiones et loca alia ad eos vel ipsorum alterum spectantes et pertinentes ad solvendum tallias decimas collectas subsidia procuraciones seu medias procuraciones angarias et perangarias aut impositiones seu exactiones alias ... nomine Camere apostolice et ... quibusvis personis tam ecclesiasticis quam secularibus per quacumque racione occasione vel causa etiam si per regibus vel aliis principibus secularibus vel dominis Cardinalibus sancte Romane ecclesie ut aliis sanctis sedis apostolice legatis vel nunciis per quo supradictas personas et pro expulsione gencium armigerorum aut alio quovis modo impositas iam vel imponendas imposterum et maxime pro reverendissimo in Christo patre et domino domino Petro sancte Marie in Cosmedin sancte Romane Ecclesie diacono Cardinali olim apostolice sedis legato seu nuncio nomine Camere apostolice impositas necnon et certa tallia per prefato dompno Cardinali occasione expensarum sue legacionis aut alias imponendam super ecclesias et personas ecclesiasticas illarum parcium seu quarumcumque exactionum iam impositarum seu imponendarum in futurum aut ad contribuendum in quibusvis congregacionibus propterea vel alias faciendum nullatenus compellatis ... vos collectores seu subcollectores apostolici aut executores prefati dicti domini Cardinalis et aliis diversis processibus vestris compellere ... de facto ad solvendum predictas procuraciones sive medias procuraciones nomine Camere apostolice aut etiam compelli faciatis vel mandetis aut etiam super hiis vel aliis quibuslibet aliqualiter molestetis seu molestari faciatis seu permittatis de iure vel de facto. Quinimmo si aliquid iam in contrarium feceritis vel attemptaveritis aut processus aliquos vel litteras feceritis aut sentencias excommunicacionis suspensionis vel interdicti promulgaveritis contra predictos aliquos contra fratres seu personas supradictas vel eorum ecclesias curatas et non curatas commendatorias baiulias domos loca grangias prioratus et abbatias aut ipsorum alterum seu contra alias personas et ecclesias dicti ordinis ipsius hospitalis vel fieri imposterum de facto attemptaveritis seu feceritis quos et quas per ut sunt ipso facto irritos et irritas decernimus primo et monentes infra sex dierum spatium post presentacionem seu notificacionem presencium vobis factam immediate computandorum et sequentium quorum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies pro tercio peremptorio termino et monicione canonica vobis universis et singulis tenore presencium assignamus de facto tollatis cessetis ac revocetis et aliud faciatis et mandetis ac etiam pronunciari de facto tolli cessari revocari et ffundicus annullari faciatis et mandetis ac etiam per presentes dicte apostolice supradicta pronunciamus et facientes ipsos dominum Magistrum Castellanum commendatores abbates priores et fratres ac hospitale et personas ipsius supradictas ut et supradictum sunt et impositum in eis et per omnia prefatis constitucione ordinacione et privilegiis et immunitatibus apostolicis uti et gaudere valeant plene libere ac pacifice et quiete sine contradictione aliqua. Quod si premissa omnia et singula non adimpleveritis aut nostris predictis monicionibus et mandatis aut inhibicionibus ymo verius apostolicis non parueritis cum effectu in vos omnes et singulos supradictos et quemlibet vestrum necnon in contradictores quoslibet et rebelles eorum consilium vel favorem in contrarium dantes publice vel occulte etiam directe vel indirecte quominus prefati constitucione ac ordinacione et privilegio et immunitatibus apostolicis uti et gaudere valeant plene libere ac pacifice et quiete ut prefertur cuiuscumque preeminencie dignitatis status gradus ordinis officii vel condicionis existant seu existunt excommunicaciones singulos in capitula vero et collegia ac conventus ecclesiarum et monasteriorum ac prioratuum vestrorum si qui sunt vel fuerint de premissis culpabiles suspensionis et in ipsas ecclesias monasteria et prioratus interdicti sentencias ex nunc prout ex tunc dicta sex dierum canonica monicione premissa in hiis scriptis ferimus et promulgamus. Vobis vero dictis dominis Terraconensi et Cesaraugustano Archiepiscopis ac Ilerdensi Oscensi Dertusensi Urgellensi et Tirasonensi Episcopis quibus ob reverenciam vestrarum huiusmodi pontificalium dignitatum duximus in hac parte deferendum si contra premissa vel aliquod premissorum feceritis vel attemptaveritis per vos vel per alium seu personas interpositas et illud infra predictum sex dierum terminum non revocaveritis seu permiseritis vel revocari feceritis ac mandaveritis aut nostris predictis monicionibus et mandatis ymo verius apostolicis non parueritis cum effectu ingressum Ecclesie dicta sex dierum canonica monicione premissa interdicimus in hiis scriptis quod si interdictum huiusmodi per alios sex dies prefatos sex immediate continuos et sequentes sustinueritis vos etiam ex nunc prout ex tunc eadem canonica monicione premissa suspendimus a divinis. Verum si prefatas interdicti et suspensionis sentencias per alios sex dies prefatos duodecim immediate continuos et sequentes animo quod absit sustinueritis indurato vos etiam ex nunc prout ex tunc eadem canonica monicione premissa supradicta excommunicacionis sentencia innodamus per presentes. Dicte supradicte ceterum cum ad execucionem premissorum ulterius in partibus faciendam vacare seu personaliter accedere nequeamus aliis arduis nostris et meis occupati negociis venerabilibus ac religiosis et discretis viris universis et singulis abbatibus prioribus decanis prepositis archidiaconis sacristis thesaurariis cantoribus canonicis archipresbiteris rectoribus vicariis et capellanis curatis et non curatis ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus exemptis et non exemptis ac clericis notariis seu tabellionibus publicis per civitates et dioceses Terraconensem Cesaraugustanam Ilerdensem Oscensem Dertusensem Urgellensem et Tirasonensem et alibi ubilibet constitutis et eorum cuilibet super ulteriori execucione mandati apostolici supradicti adeo nostri huiusmodi in partibus facienda tenore presencium committimus plenarie vices nostras donec eas ad nos duximus revocandas quibus et eorum cuilibet insolidum et virtute sancte obediencie sub predicta excommunicacionis sentencia quam in ipsos et eorum quemlibet terna sex dierum canonica monicione premissa si ea que eis in hac parte committimus et mandamus contempserint seu distulerint vel neglexerint contumaciter adimplere ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus dicte apostolica precepta districte precipiendo mandamus quatenus ad vos et vestrum quemlibet et ad alios et alia loca de quibus ac quociens quociens expedierit et requisiti fuerint per parte dictorum dominorum Magistri Castellani Commendatorum abbatum priorum et fratrum ... personaliter accedant seu alter ipsorum accedat. Et hunc nostrum processum et omnia et singula in eo contenta vobis universis et singulis simul vel successive ac divisim vel separatim legant intiment notificent et publicent ac etiam legi intimari notificari et publicari fideliter faciant et procurent cum effectu quod si forsan nostris predictis monicionibus et mandatis ac inhibicionibus ymo verius apostolicis non parueritis ut prefertur sentencias predictas per nos latas lapso predicto termino ipsi domini abbates priores prepositi canonici et alii supradicti dignitates habentes priores procuratores generales dicti hospitalis aut alius eorundem personaliter accedat seu alter ipsorum accedat ... loco nostri diligenter et effectualiter exequi ac complere dicte ... et ... subdelegati seu successores deputati aut alter eorundem possint et valeant ac debeant ... contra vos et vestrum quemlibet et alia quamlibet ecclesiasticam censuram iudicialem exercere ac omnia alia et singula nobis in hac parte commissa ... ipsi subdelegati vel subexecutores nostri aut ipsorum alter nichil in preiudicium dictorum Magistri et fratrum apostolica supradicta nichil de contingentibus obmittendo absolucione tamen omnium illorum et singulorum qui prefatas per nos latas et infrascriptas incurrerint sentencias nobis vel superiori nostro tantummodo reservata. Ita tamen quod ipsi subdelegati vel subexecutores nostri aut ipsorum alter nichil in preiudicium dictorum Magistri et fratrum ... tum vel personarum predictarum aut alter eorundem attemptare aut etiam sentencias predictas aliquid absolvendo vel relaxando immutare seu innovare presumat quod si contingat nos in huiusmodi negocio ulterius in aliquo procedere quo nobis potestatem omnimodam reservamus non intendimus propter hoc commissionem nostram huiusmodi in aliquo revocare nisi de revocacione huiusmodi in nostris litteris habeatur mencio specialis propterea nolumus nec intendimus nostris in hac parte prejudicare collegis quominus ipsi aut eorum alter possint et valeant in huiusmodi negocio procedere et alii vel aliis vices suas prout eis videbitur et requisiti fuerint committere hoc tamen nostro finito processu hunc autem nostrum processum penes exhibitorem ipsius remanere volumus et non per vos aut alium vestrum vel quemcumque alium contra ipsius voluntatem quomodolibet detineri contrarium vero facientes sentencias predictas per nos latas eadem trina sex dierum monicione premissa incurrere volumus et decernimus. Prefatas vero litteras apostolicas originales nostre potestatis habere ... vobis non mittimus propter viarum discrimina cum etiam nec nos nec alios plures hospitalis et ordinis predictorum frequenter et diversis ... nostro facto mandamus vobis et vestrum cuilibet si pecieritis copia ipsius fieri et concedi vestris tamen sumptibus et expensis litteras quoque apostolicas originales nos potestatem et ... coram nobis si pecierint suis loco et tempore opportunis. In quorum omnium et singulorum testimonium premissorum presentes litteras seu presentem nostrum huiusmodi processum per notarium publicum infrascriptum fieri scribi et publicari mandamus et sigilli autentici appensione muniri. Datum et actum Avinione sub anno a nativitate domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo et die octava mensis Madii indiccione quartadecima pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providencia pape septimi anno tercio decimo presentibus venerabilibus et discretis viris ... de ... et ... Portali canonico Ambianensi et Guillelmo Chenallerelli clerico Carnotensis diocesis habitatore Avinionensi testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. ✠ Et ego Johannes Surrelli de Sanctopoliano et salvu clericus Cenomanensis diocesis publicus apostolica imperiali auctoritatibus notarius presentacioni litterarum apostolicarum predictarum et recepcioni ac requisicioni intimacioni et notificacioni necnon monicionibus et mandatis inhibicionibus ac sentenciarum promulgacioni commissioni et subdelegacioni reservacioni et omnibus et singulis premissis dum sic agerentur et fierent ut prefertur una cum prenominatis testibus presens interfui. Et presentes litteras seu publicum instrumentum quod mandato dicti domini prepositi executoris in hanc publicam formam redigendo manu aliena fideliter scriptum aliis arduis occupatus negociis. Et exposui coram dicto domino executore publicavi testibus presentibus supradictis meoque hic subscripsi et signum meum solitum apposui una cum ipsius domini prepositi executoris appendenti sigillo autentico eiusque mandato etiam requisitus et rogatus in fidem et testimonium veritatis premissorum omnium et singulorum. Sig✠num mei Blasii de Luna notarii publici monasterii de Sixena et auctoritate domini regis per totum regnum Aragonum huius transumpti testis. Sig✠num mei Dominici Gnelhano? notarii publici loci de Sena qui pro teste me subscribo. Sig✠num mei Antonii Salado notarii publici Montissoni qui huic transumpto interfui et ipsum scripsi cum suprapositis in prima linea ubi continetur et in tercia linea ubi legitur originalis et in dicta linea ubi dicitur una et in quinta linea ubi habetur et ad illa et in vicesima linea ubi scribitur et in vicesima tercia linea ubi ponitur si et in ... ubi invenitur cum constat etiam michi de rasso et emendato in vicesima ... linea ubi continetur ac de verbo et clausi. Quoquidem transumpto presentato lecto intimato seu etiam publicato prout continetur in eo ... in quo et in sua linea ubi scriptum est contra premissa vel aliqua premissorum et in sua linea ubi ... continetur ac ipsius serie et tenore ac prestatus fuit et prestatur contra eum et eius bona de penis tam expressis notarius Dominicus Polegut procurator iam dictus nomine procuratorio predicto requisivit eundem dompnum Petrum Terroz canonicum et collectorem predictum quatenus adimpleret omnia et singula in eo contenta iuxta ipsius seriem et tenorem ac requisivit me dictum et infrascriptum notarium quatenus de premissis omnibus et singulis publicum conficerem instrumentum. Presentibus testibus ad predicta venerabili et discreto dompno Stephano Porrinat iurisperito et cive civitatis Cesarauguste et Jacobo Morrino pro aliis in eadem contentis et expressatis requirendo. Nichilominus me dictum et infrascriptum notarium quatenus de premissis omnibus et singulis publicum conficerem instrumentum. Et dictus dompnus Petrus Terroz canonicus et collector predictus dixit quod recipiebat predictum transumptum eidem presentatum cum ea humilitate ac debita reverencia qua decuit et honore petendo copia de eodem per me dictum notarium sibi tradi et liberari correcta et signata et quod instrumentum notarii loci Castilionis de Montenegro. Et dicto dompno Petro Terroz canonico et collectori prefato fuit quod interim non curreret sibi tempus ad respondendum. Et prefatus fuit quod interim non curreret sibi ipsi presentibus testibus quibus supra. Post hec die Jovis quarta mensis Januarii anno a nativitate domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo in presencia mei dicti notarii et testium infrascriptorum predictus dompnus Petrus Terroz collector fuit personaliter constitutus ego dictus et infrascriptus notarius una cum infrascriptis testibus qui instrumentum publicum ad instanciam predicti domini Polegut procuratoris fieri requisitum non claudere absque responsione eiusdem. Et prefatus fuit quod interim non curreret sibi ipsi presentibus testibus quibus supra. Post hec die Jovis ... mensis Januarii in domibus habitacionis dompni Raymundi de Bahuest notarii in mei notarii et testium infrascriptorum presencia fuit personaliter constitutus honorabilis dompnus Petrus Terroz canonicus et collector supradictus qui incontinenti presente eodem dompno Raymundo de Bahuest notario appellavit viva voce et interposuit ad sanctam sedem apostolicam, et copia supradicti transumpti eidem per dictum ... tradidi seu etiam liberavi eidem dompno Petro Terroz collectori copia supradicti transumpti correcta et signata per eum superius petita qua in se habuit et recepit presentibus testibus ad predicta venerabilibus Martino de Monte presbitero habitatore civitatis Cesarauguste et Sancio Lupi de Reyre presbitero habitatore ville de Gabusti. Post hec die Veneris quinta predicti mensis Januarii in domibus habitacionis dompni Raymundi de Bahuest notarii in mei notarii absencia eo quia eram absens a civitate, copia supradicti transumpti eidem per dictum notarium dixit talia vel similia verba in effectu quod cum ipse propter mei dicti notarii absenciam non posset ... sibi dictum transumptum seu et dictas litteras apostolicas communicabatur et constabat per publicum instrumentum de dicta appellacione quam fecerat coram dicto dompno Raymundo de Bahuest notario appellatam viva voce et iussit ipsius ad sanctam sedem apostolicam infra tempus iuris ... et pro responsione offerebat et dabat hinc presenti publico instrumento per me dictum notarium confecto et eam inseri et continuari mandabat in fine huius presentis publici instrumenti loco responsionis et pro responsione offerebat et dabat cuius quidem appellacionis seu cedule seu ut dicitur appellacionis tenor sequitur in hunc modum. Cum appellacionis remedium ac beneficium et presidium ipsius de iure fuit et sit a sanctis patribus institutum et ordinatum pro relevamine oppressorum ... in ut asserit virtute procuratorii nomine dicte nobilis domine ac monasterii sui ... ut dicitur quoddam privilegium seu scripturas nomine dicte nobilis domine priorisse de Sixena presentavit nomine procuratorio ut dicitur quoddam privilegium seu scripturas in presencia Johannis ... Cesarauguste degentibus ... ut dicitur requisicionem dictarum litterarum et processum qua plurimum ad hoc se opposuit et gravati contra ius et racionem in iure suo ... et aliis gravaminibus dolendo ... quidam Dominicus Polegut notarius asserens se procuratorem nobilis domine priorisse de Sixena presentavit nomine procuratorio ... venerabilis domini Odonis Monetarii Ecclesie Avinionensis prepositi et executoris principalis ... presentacione et requisicionem dictarum litterarum et processum qua plurimum et litteras apostolicas seu privilegia domini nostri pape Clementis septimi bone memorie concessas ut dicit sibi et monasterio suo ac quendam processum venerabilis domini Odonis Monetarii Ecclesie Avinionensis prepositi et executoris principalis et presentacione dicte apostolica solempniter celebrato concesso domino nostro pape Benedicto. Et primo aggravavit Petrum Terroz canonicum et Caritatarium Ecclesie Cesarauguste ac collectorem specialiter deputatum per reverendissimum in Christo patrem dominum dominum Garsiam archiepiscopum Cesaraugustanum super dono in suo provinciali concilio Cesarauguste dicte apostolica solempniter celebrato concesso domino nostro pape Benedicto. Et primo quod dictus Petrus Terroz est nudus minister et ea que facit mandat ut denunciat facit et nudus executor dicti reverendissimi domini Garsie archiepiscopi a quo tales processus sive excommunicacionis suspensionis et interdicti emanant et non principali a dicto Petro Terroz. Item quia credit quod privilegia et bulle allegate per procuratorem dicte nobilis domine priorisse et monasterii sui de Sixena et presentata per dictum dominicum Polegut procuratorem non competit eis in preiudicium mandati expressi et intencionis ac negocii domini nostri pape Benedicti quia ille et illa fuerint domini Clementis pape bone memorie et ... successor non potest imponere legem successori sed solum iudicare. Et dominus noster papa Benedictus cuius auctoritate et mandato bulle ipsius dictus dominus Garsias Archiepiscopus celebravit concilium provinciale mandabat et mandat quod omnes exempti et non exempti solvant in dicto dono quare credit quod dicta domina priorissa et monasterium suum non possint se excusare absolucione domino nostro pape concessi. Item quod dictus Dominicus Polegut procurator laycus non potest esse executor nec subexecutor mandati seu litterarum apostolicarum dicti domini nostri pape nec presentacio dictarum litterarum per ipsum facta non valet. Item pro aliis per dominum Petrum in aliquo dictare seu agravare. Et ideo ex hiis et aliis quod plurimus ... dicti Petri Terroz sentiens se quam plurimum agravatum ab hiis gravaminibus privilegiis ac processibus et aliis excommunicacionis suspensionis et interdicti fulminatis per dictum venerabilem dominum Odonem Monetarii in hiis processibus et aliquibus aliis in ipsis specificatis ac presentacionibus dictarum litterarum privilegiorum et processuum ac requisicionibus ... ad sanctam sedem apostolicam viva voce et in hiis scriptis provocat et appellat cum omnibus sibi adherentibus et adherere volentibus submittens se et sua et suorum adherere volencium protectioni sancte sedis apostolice petens apostolos reverenciales ... et quod ... monicionibus factis per dictum procuratorem dicte nobilis domine priorisse non recedendo ab aliis appellacionibus ad sanctam sedem apostolicam viva voce et in hiis scriptis provocat et appellat ... ad dictum reverendissimum dominum Garsiam archiepiscopum cuius est executor et minister nudus rogans vos notarium quod de dictis officiis unum vel plura publicum seu publica instrumenta prestando quod possit addere emendare corrigere seu removere si sibi videbitur fuit.

Signum mei Simonis Lancii? habitatoris civitatis Cesarauguste auctoritate illustrissimi domini Regis nostri publici per totam terram et dominacionem suam notarii qui predictis interfui et hoc scribi feci cum rasis suprapositis correctis et emendatis in lineis videlicet dicta nobilis et in ... in septuagesima ... et in ... et in ... et in septuagesima ... et in xxxvi ... et in ... et in ... et in lxxxi ... et in lxxxx ... et in lxxxx ... et in lxxxx et ... in indiccione bullis graciis privilegiis et processibus et clausi.

M

traslado de esencion de
Subsidios

traslado de esencion de Subsidios

7

27/10
1396-11-29

Traslat [illegible] de subsidios
a [illegible]

7

12

[illegible] contra [illegible] tarragona
[illegible] ganados en Roma p.ª este r.l Monast.º
[illegible] pleyto q.e llevo con
[illegible] p.ª no pagar subsidios este
Monast.º q. se [illegible] q.e da
[illegible] a querer hacerle pagar
subsidios [illegible] pechas [illegible]
[illegible] r.l Monast.º p. lo q.e se les
anule [illegible] sent.ª [illegible]
[illegible] apelacion [illegible] en Roma este r.l
[illegible]

I

A.9.

Pap.s de Sigena

Cajon ____ 1.º
Ligamen ____ 1.º
N.º ____ 6.to

N.º 185 27/10

sobre paga de subsidios, la qual fue admitida; y abiendo ido á Roma en grado de apelacion, ganó esta dha R.l Casa las letras q.e acompañan á esta dha apelacion, por las que ~~p~~ se manda á dho Señor Obispo de Lerida, el de Tarragona, y á otro alguno, no se hiciese pagar á esta R.l Casa subsidios; por las quales letras se anuló la sentencia, q.e se dió contra este Real Monast.o en dho pleyto por el Obispo de Tarragona y el de Zarag.a, y aviendo apelado al Papa se revocó, como consta de las dhas letras, que se manda á dhos Ill.mos no vayan contra su dha nor: y la apelacion q.e a Roma, concedida Auctorid.
se hizo en el año [illegible]

7

Sixena: Año - 1444

27/10

Sobre Subsidios

Apelacion q.e se hizo por Procurador legitimo de esta R.l Casa en el pleito que siguio con el Obispo de Lerida sobre paga de subsidios, la qual fue admitida; y abiendo ido á Roma en grado de apelacion, ganó está dha R.l Casa las letras q.e acompañan á esta dha apelacion, por las que ~~por~~ se manda á dho Señor Obispo de Lerida, y el de Tarragona, ni á otro alguno, no se hiciese pagar á esta R.l Casa subsidios; por las quales letras se anuló la Sentencia, q.e se dió contra este Real Monast.o en dho pleyto por el Obispo de Tarragona y el de Zarag.a, y aviendo apelado al Papa se revocó, como consta de las dhas letras, que se manda á dhos Ill.mos no vayan contra su thenor: y la apelacion q.a Roma, concedida auctorid. se hizo en el año de 1444;